



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P.|| VINCENTII|| BRVNI, SOCIE-||TATIS IESV,|| BREVIS
TRACTATVS|| DE SACRAMENTO|| POENITENTIAE,**

Bruno, Vincenzo

Coloniæ Agrippinæ, 1598

VD16 B 8664

De Tertia Parte Poenitentiæ, quæ est, Satisfactio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59993](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59993)

An præceperit, vel coegerit aliquem
committere aliquod peccatum.

An consenserit peccatis aliorum, eaq;
approbarit.

An prouocauerit alios ad peccan-
dum.

An adulando ijs qui male agunt, vel
laudando ipsa opera mala , autor fu-
erit alijs peccandi.

An, cum posset & deberet , non mani-
festarit aliorum peccata ijs , quorum
officium erat ea corrigerre.

An puniendo , vel remouendo occa-
sionem, vt debebat, non impediuerit
aliquod peccatum.

An omiserit reprehendere vel admo-
nere peccantes cum deberet & posset
facere.

An fuerit socius , vel quocunque mo-
do particeps fuerit peccati aliorum.

An hospitio receperit, fauerit, vel de-
fenderit homines male agentes.

DE TERTIA PARTE

Pœnitentia, qua est, Sa- tisfactio.

TERTIA pars pœnitentia est SA-
TISFACTIO, quæ non est aliud
quam integra solutio, vel recompen-
satio

40 DE SACRAMENTO

Satio illius quod homo debet pro peccatis commissis. Duo enim mala secū affert peccatum Vnum est macula vel culpa, alterum est Pœna.

In confessione virtute sanguinis Christi , qui operatur in hoc Sacramento, purgamur à macula, & remittitur culpa, & consequenter liberamur à pœna æterna, quæ culpe mortali debebatur. Verum quia non semper contingit, ut remissa culpa , etiam remittatur tota pœna temporalis, sed tantum æterna, opus est satisfactione , quæ nisi fiat in hac vita, necessario facienda est in altera, pœnis Purgatorij sustinendis, quæ, teste S. Augustino, tā magnæ sunt, ut exceedant omnia tormenta , quæ sancti martyres passi sunt in hac vita.

Omnes autem satisfactiones reducuntur ad tria genera, ut ad iejunium, alias quæ asperitates corporales, eleemozynam & orationē, quæ respondent tribus hominis bonis, animæ, corporis & fortunæ. Vnde fit, ut homo tribus illis virtutib. Deo offerat perfectū aliquod sacrificium sui ipsius, omniumq; rerū suarum. Nā per elemozynam offerit bona externa , per iejunium offerat sacrificiū de propria carne, per orationē verò offerit suum spiritum & mentem Deo.

Sunt

Sunt quoq; tres hi satisfactionis modi
conuenientissimi ad extirpandū tres
principales radices omniū peccatorū,
quę sunt, Concupiscentia carnis, cōtra
quam est Ieiunium, concupiscentia o-
culorū, cui opponitur eleemozyna, &
superbia vitæ, cui opponitur Oratio.
Rursum, vti tres sunt quos peccato of-
fendimus, nempe, Deus, proximus, &
nosipſi, sic oratio seruit ad placandū
Deū, eleemozyna ad satisfaciendū pro-
ximo, ieiuniū ad castigandū nosipſos.
Et quamuis hæc satisfactio fieri possit
duobus modis, Primo, quando homo
sponte & ex propria deuotione aliquę
ex his tribus operib. exercet, Secundo,
quando impositū est idē opus à sacer-
dote in confessione. Vt rous. n. modo
possimus satisfacere pro peccatis cō-
missis: tamē multo maior & utiliore est
satisfactio, quę fit ex obediētia Cōfes-
sarij ratione virtutis sacramēti, cui⁹ est
pars, quā quæ fit ex propria deuotiōe.
Ad hæc opera bona sponte facta, si ho-
mo se inuenit in statu peccati, nec tūc,
nec postea, cum in gratiam redit, pro-
sunt ad satisfaciendum Deo: quæ vero
sunt i mposita à Cōfessario et si nō pro-
sunt, quando ea facit in peccato, tamē
prosunt postea, cum redit in gratiā, &
ser-

42 DE SACRAMENTO
seruiunt pro satisfactione debita pec-
catis.

Et quamvis etiam homo pro eadem
poena suis peccatis debita possit Deo
satisfacere per gratias & indulgentias
Ecclesiæ, quando eo fine accipiuntur,
quemadmodum oportet, hoc est, in
statu gratiæ: tamē nō debet sic circa in-
termittere opera satisfactoria affligen-
do carnem ieiunijs, dando elemozynas,
& occupando se in sanctis exerci-
tijs orationum & meditationum.

Denique omnia flagella & tribulatio-
nes, quas Deus immittit nobis, ut sunt
mordi, paupertas, persecutio[n]es, aliæ.
que huius vitæ calamitates, si homo
eas de manu Domini suscipit cum
humilitate & patientia, plurimum
prosunt, non solum ad satisfacien-
dum pro pœnis temporalibus, que de-
bentur nostris peccatis, verum etiam
ad augmentum gratiæ, & meri.
cum vitæ æternæ.

F I N I S.